





Kern 86  
(1-54; a-g)



(23)

# CONSPECTVS LABORVM

QVIBVS  
PROFESSORES  
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE  
PER SEMESTRE HIBERNVM

ANNI MDCCCXII.

OCCVPAEVTVR

PRO-RECTORE  
D. CHRIST. BENED. MICHAELIS.

S. S. THEOLOGIAE ET LINGVAE GRAECAE ET ORIENTALIVM PROFES-  
SORE PVBLICO ORDINARIO.



## LECTIONES

*Pro-Rectoris, Cancellarii & Directoris.*



CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS, instante hiemali se-  
mestri, ob prorectorale munus, quod gerit, binis tantummodo per diem  
praelectionibus vacare poterit, publicis hora III. a meridie in Epistolam  
ad Romanos, & priuatis hora IX. in libros Iosuae, Iudicum, Samuelis, Regum.

CHRISTIANVS L. B. DE WOLF, Hor. IX. mat. in Mathesi mixta explicabit  
praeter *Opticam & Astronomiam* cum *Geographia Architecturam militarem & Civilem* vna  
cum *Pyrotechnia*: Hora III. pomerid. vero *Philosophiam moralem & Politicam* iuxta Insti-  
tutiones THÜMMIGII ex Scriptis suis concinnatas.

CAR. GOTTLIEB KNORRE hora X. & II. *Pandectas Ludouicianas* interpretabitur.  
Hora vero III. aperiet Collegium *Practicum elaboratorium ad ductum der Anleitung  
zum Gerichtlichen Proceß*. Denique nec iis deerit, qui Collegiam *relatorum* priuatifsi-  
mum desiderabant.

## LECTIONES THEOLOGICAE.

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS posteriorem epistolam ad Corinthios  
interpretabitur. Paraeneticis praelectionibus Ideam Studiosi Theologiae tractare per-  
ger, asceticis vero epistolae ad Colossenses exegetin & practicam explicationem con-  
tinuabit.

SIGISM. IAC. BAVMGARTEN b. c. D. h. VIII. theologiam *dogmaticam* expli-  
cabit; h. XI. illustratione librorum *symbolicorum* propediem finita, theologiam  
*antiheticam* auspicabitur; h. IIII. diebus lunae, martis et mercurii epist. ad *Colossenses*,  
reliquis diebus post tractationem hermen. sacrae ad finem perductam varicinium *Io-  
elis* interpretabitur; h. VI. publice diebus lunae et martis disputandi exercitia instau-  
rabit, reliquis diebus scholis priuatifsimis litterariis vacabit.

IO.



IO. HENR. CALLENBERG publice exponet librum *Tobi*; quo absoluto, pro Auditorum delectu, ad explicandos alios Codicis *Hebraici* libros *difficiliores* progredietur. Praeterea Itagogen ad *Propaedeutica* studii theologici suppeditare paratus est.

IO. GEORGIUS KNAPP, primo h. x - x i. *res in ecclesia N. T. gestas* exponet. Deinde h. v - vi. perget in explicanda *theologia dogmatica*, partem illius alteram s. anthropologiam hac hieme pertractaturus. Denique die Domini h. v - vi. persequetur *tractationem asceticam* epistolarum apocalypticarum.

## I V R I D I C A E.

D. IAC. GABR. WOLF publice, hora viii. *STRVVI* *Iurisprudentiam Romano Germanico forensis*; priuatim vero, hora ix. v. C. ENGAVII *elementa Iuris Canonici*; hora xi. Illustr. MOSERI *compendium Iuris publici I. R. G.* hora denique iii. *elementa sua Iuris Feudorum, tum imperialis, tum prouincialium*, (quorum noua nuper prodiit editio, prioriauctior atque emendatior,) vberioribus suis commentationibus diligenter illustrabit. Initium, finitius nundinis Lipsiensibus, A. S. N. facturus.

IO. TOBIAS CARRACH priuatim 1) ad B. BOEHMERI *Tractatum de Actionibus* hora matut. viii. 2) ad EIVSDEM *Institutiones Iuris Canonici* hora ix. atque 3) EIVSDEM *Introductionem in Ius Digestorum* horis consuetis commentabitur. 4) De hora, qua DNI IO. SAM. FRID. BOEHMERI *Elementa Iurisprudentiae Criminalis* interpretabitur, Dnos Commilitones in tempore ex valuis publicis reddet certiores. 5) Collegio *Processuali laboratoris* hora iv. inferuet illis, qui nomina sua ante collegiorum initium cum in finem ipsi dabunt.

IO. CAROLVS KOENIG, Hora x - xi. *Ius Feudale secundum cel. IO. IAC. MASCOVII* compendium, quod sub prelo sudat, & nundinis autumnalibus proximis in lucem prodibit, interpretabitur. Hora xi - xii. *Ius Publicum* non ex opinionibus Doctorum, sed ex ipsis legibus Imperii Romano-Germanici fundamentalibus, earumque analogia enucleabit, praeunte Cel. IO. IAC. MOSERO. Hora ii - iii. collegium aperiet de spuria & genuina interpretandi ratione leges Imperii Romano-Germanici ad Art. V. tabularum Pacis Osnabrugensis.

DANIEL NETTELBLADT publice diebus Martis & Veneris hora iii - iv. *Pracognita vniuersae eruditionis generalia* a se edita explicabit. Priuatim vero docebit 1) hora ix - x. *Ius Naturae* ad ductum Systematis sui *Iurisprudentiae naturalis*; 2) hora x - xi. & ii - iii. *vniuersae iurisprudentiae positivae prima elementa*, quae continet suum Systema vniuersae iurisprudentiae positivae; 3) hora xi - xii. *Ius publicum* ad SCHMAVSSII compendium iuris publici, cuius noua editio hoc anno prodiit.

## M E D I C A E.

MICHAEL ALBERTI *Doctrina Publica, Pathologico-Practica, Affectus fortuitos tragicos* explicabit. Priuato studio *Therapiam generalem* a ix. ad x. *Semiologiam* a x. ad xi. *Medicinam Forensis* a ii. ad iii. p. m. tractabit.

IO. IVNCKER publicis lectionibus formularum conscribendarum methodum, quam exeunte aestiuo semestri incepit, praeuia repetitione capitis primi, quod iam pertractatum est, continuabit. Horis priuatis therapiam primum generalem, deinde specialem docebit. Scholis autem priuatissimis prouectiores in praxi clinica consueti more exercebit.

ANDREAS ELIAS BVCHNER publicis in recitationibus expositionem pathologico-practicae morborum mulierum & infantum, horis atque diebus consuetis, absoluet, eaque finita commentabitur in celeberrimi Altorfensi Medici, D. BAIERI, *Introductionem in Medicinam forensis*. Priuato studio hora viii. ad ix. *specialem Pathologiam* explicabit; hora x. ad xi. in exponendis simplicium, ex tribus naturae regnis desumptorum, facultatibus perget, laboremque hunc ad finem perducet; hora autem xi. ad xii. *fundamenta generalis Pathologiae* debita tradet perspicuitate, initium, Deo propitio, facturus d. xvi. Octobr.

FRIDERICH HOFFMANN publice hora ix - x. *physiologiam*, priuatim vero hora x - xi. *pathologiam* docebit, & quidem in compendio ex beati Parentis Scriptis extracto. Initium harum lectionum erit finitius nundinis Lipsiensibus die xvi. Octob.

PHILIPVS ADOLPHVS BOEHMER publicis in lectionibus commentationem in Illust.



in Illust. HEISTERI compendium anatomicum ad finem perducet. Priuatim horis confectis antemeridianis praeparationes instituet anatomicas: hora III. vero anatonem in corporibus humanis docebit, hisque demonstrationibus praelectiones osteologicas ad ductum institutionum suarum per intervalla interponet. Caeterum horis priuatissimis prouectiones in secandis corporibus exercebit.

## PHILOSOPHICAE.

MICHAEL ALBERTI: Officio Publico Physicam dogmaticam, sec. institutionem, a se editam, illustrabit. Priuato labore denuo Collegium Logico-Disputatorium aperiet.

IOANNES IOACHIMVS LANGE publice diebus Iouis & Veneris Opticam & Astronomiam; priuatim diebus Lunae, Martis & Mercurii Mechanicam cum Architectura ciuili atque militari docebit h. 2. Hora 5. autem Euclidis libros VII. priores cursorie, posteriores VIII. curatius euoluet. Physicam dogmatico-experimentalem h. 1. explicabit. Mineralogiam metalurgicam mechanicam & pyrotechnicam h. 4. theoretice & practice tractabit ad normam synopsis, in libello der Grund-Riss occurrentis. Historiam naturalem die Saturni horis 1-3. expositurus est.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER publicis in praelectionibus Cosmologiam pertractabit; priuatim autem in Physicae dogmaticae fundamentis explicandis occupatus erit, horisque, laboribus his destinandas, consueto tempore e valis publicis indicabit.

FRIDERICVS WIDEBVRG finitis nundinis Lipsiensibus d. XVI. Octob. Deo propicio auspicabitur collegium Historiae Vniuersalis ad PVFENDORFIVM a X. XI. Historiae Imperii Germanici ad STRVVIVM ab XI. XII. in vtroque collegio pragmaticum seruaturus docendi genus, cum ieiuna atque sterilis sit nuda factorum notitia sine cognitione causarum & rationum, nec eximii aliquid aut magni praestet historia, nisi prudentiae ciuilibus lumine fulgeat. In historia imperii sigillatim, praecipuum operam in expendendis iis argumentis collocabit, quae Iuri Publico Germanico illustrando inseruiunt. Ceterorum collegiorum indicium ex tabula publica dabit.

IO. HENR. CALLENBERG cum praelectionibus theologicis Philologiae sacrae institutus est exercitacione: &, praeter promissam Isagogen, simul offert recensionem Historiae litterariae inseruiendum studio theologico Propaedeutatum.

IOANNES FRIDERICVS STIEBRITZ per instans semestre hibernum publice agriculturam exponet, recentiora imprimis inuenta enarraturus & diuidicaturus. Priuatim h. IX - X. Philosophiam moralem, praecipue Per-Illustri huius Academiae Cancellario L. B. DE WOLF, tradet: hora X. - XI. ad lectiones graecae cursorias, quibus omnes N. T. libros philologicis obseruationibus illustrabit, reuertetur: h. II - III. Psalmos Davidicos & deinceps prophetas minores; & denique hora III - IV. Iesum & Ieremiam, ac, si quidem fieri poterit, Ezechielem quoque, interpretabitur. Initium sument hae lectiones finitis Lipsiensium nundinis, in aedibus Boedickerianis, in platea maiori, quae a diuo Vlrico nomen habet, sitis.

GE. FRID. MEIER interpretabitur 1) hora IX - X. Metaphysicam celeb. BAVMGARTEN, 2) hor. X - XI. EIVSDEM Ethicam philosophicam, 3) hora II - III. Compendium suum logicum, & publice hor. III - IV. dierum Lunae & Martis officia naturalia in statu oeconomico ad ductum Perill. L. B. DE WOLF verinnstige Gedanken von dem Gesellschaftlichen Leben der Menschen.

## EXTRAORDINARIAE.

ADAM STRVENSEE docebit hora IX. theologiam moralem, praecipue V. S. R. D. WALCHIO in compendio, cui titulus: Einleitung in die christliche Moral. Hora III. tradet praecipua homiletica ad ductum b. D. LANGII oratoriae sacrae. Hora VI. denique die martis praelectiones asceticas in posteriorem diui Petri epistolam continuabit.

D. IOANNES FRIDERICVS IOACHIM per instans semestre hora XI - XII. Ius Publicum S. R. I. duce Illust. MASCOVIO, interpretabitur. Hora III - IV. Historiam Imperii Romano-Germanici, cum perpetua ad iura Germaniae, Publicum cum primis & Feudale adplicatione tradet. Hora vero IV - V. Historiam Vniuersalem regnorum Europae ad filium compendii sui: Einleitung in die Geschichte der Europäischen Königsreiche und Staaten, pragmatice enarrabit. Addet denique Collegium artis diplomaticae, cui qui interesse cupiunt, vt ante eius initium nomina suadent, rogantur.

CARO.



CAROLVS FRIDERICVS PAVLI, D. per instans semestre hor. IX--X. Historiam Imp. R. G. ad ductum SCHMAVSSII in Iure Publ. Historico, H. X--XI. & XII. Notitiam Sacrificam Rerumpubl. Europ. H. XI--XII. Notitiam Sacrificam Imp. R. G. III--IV. Historiam Silesiae ad meum compendium quod impensis Gebauerianis imprimitur, IV--V. Historiam Vniuersalem ad ductum compendii Gebaueriani praelegam. Priuatissime diebus Saturni Hor. III--IV. Notitiam nobilitatis & equestris ordinis Imperii R. G. si sufficiens erit numerus docebo.

IOANNES PHILIPPVS CARRACH publice 1) *Iura Imperii Romano-Germanici Publica* Inlust. MASCOVIO duce ita profitebitur, vt acta nouissima comitialia collectionibus nondum comprehensa & materiae deliberationum Ratisbonensium semper ante oculos ponantur Dn. Commilitonibus, hique in praxi causarum publicarum instruantur. *Priuatim* II) ad R. HENRICI L. B. DE COCCII *Hypomnemata Iuris Civilis* commentatus iuris priuati tam Romani quam hodierni imprimis Brandenburgici elementa docebit, vt & EIVSDEM *Hypomnemata Iuris Feudalis* explicabit, horas scho- lis definitas propediem e valis publicis significaturus.

PHIL. IAC. HEISLER continuabit scholas Iuris naturalis & Pandectarum horis alio loco indicandis. Deinde rursus explicabit hora IX--X. Cel. ENGAVII *elementa Iuris canonici*: porro hora X. & II. B. LVDOVICI *doctrinam Pandectarum* tempessive ad finem perducendam: denique hora XI--XII. B. HEINECCI *Institutiones Iuris civilis*. Non deerit praeterea collegium examinatorium aut disputatorium desiderantibus.

D. HENR. BASS praeleget publice *Tractatum de Falsificationis apparatu* hor. X. d. Mercur. & Saturn. Priuatim commentabitur in Cl. TEICHMEIERI *Medicinam legalem* hor. IV. & *Chirurgiam* auspicabitur *medicam* hor. I. Lectionum initium erit 16 Oct.

D. HENRICVS CHRISTIANVS ALBERTI per instans semestre hyemale Physiologiam publice praeleget. Priuatim vero d. Mercurii & Saturni hora IX--X. Differentiam Fructuum, Seminum & capsularum Seminalium explicabit. Initium erit die XVIII. Octobr.

D. FRIDERICVS LEBERECHT SVPPRIAN pathologicas acroases publice proponet; priuatim vero BOERHAAVII institutiones medicas atque infantum morbos explicabit.

CHRISTOPHOR. CAROL. STRVMPFF publice Cl. LINNAEI *Fundamenta botanica* explicabit. Priuato studio 1) *Chimiam* rationali methodo tradet & perperuis experimentis illustrabit; 2) *Materiam medicam vniuersam* tractabit.

D. ERN. ANT. NICOLAI publice hora I. vires medicamentorum explicare perget, priuatim vero hor. VIII. *semioticam*, hora IX. *pathologiam* tam generalem quam specialem & hora II. *materiam medicam* docebit.

D. IVSTVS ISRAEL BEYERVS, Summo Numine adspirante, lectiones suas *Oratorias & Epistolicas*, genio seculi accommodatas, praeceptis & exemplis ac exercitiis crebrioribus fideliter tractandas, horis cuiuslibet Dn. Auditorum aptissimis, denuo auspicabitur; nec non *carmina, orationes & epistolas* omnis generis, quauis data occasione, omnibus ab eo desiderantibus, elaborabit. De quibus cunctis plura coram.

GOTTLÖB SAMVEL NICOLAI 1) publice hora IX--X. DANZII *Grammaticam hebraeam*, ad ductum libri sui: *Anmerkungen und Zusätze zur Erklärung und Beweis aller Regeln der Hebr. Gramm. des sel. Hn. Danz.* vna cum principis accentuationis explicabit. 2) *Metaphysicam* demonstrabit. 3) *Collegium practicum hebraicum*, vna cum lectione cursoria *Psalmodorum* vt etiam 4) *Collegium oratoriam practicum* ad exercitationem (sili germanici instruet; horis publice significandis. 5) In *collegio disputantium*, etiam in hoc semestri moderator aderit. Societatem amicorum elegantiores literas colentium, continuabit.


CHRISTIANVS WEBER publicis lectionibus *Algebram*, qua in theoria curvarum subsistit, prosequetur, horamque satis commodam tempessive significabit. *Priuatim* vero hor. VIII--X. *Metaphysicam* Per-Illust. L. B. DE WOLF; hor. X--XI. *Ius naturae* Illust. DARIESII edit. III; hor. II--III. *Logicam* B. CORVINI; hor. III--III. *Mathesin puram* Per-Illust. L. B. DE WOLF, explicabit. Praeter ea priuatissime *Collegium Logico-practicum* rursus in gratiam eorum auspicabitur, qui sepe iudicia elaborendo praxin regularum logicarum acquirere cupiunt.

P. P. D. XXIII. SEPT. MDCCCLII.

HALAE SALICAE, LITTERIS HENDELIANIS.









# CONSPECTVS LABORVM

QVIBVS  
PROFESSORES  
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE  
PER SEMESTRE HIBERNVM  
ANNI 1822.  
OCCVPAEVTVR

PRO-RECTORE  
D. CHRIST. BENED. MICHAELIS,  
S. S. THEOLOGIAE ET LINGVAR. GRAECAE ET ORIENTALIVM PROFES-  
SORE PVBLICO ORDINARIO.



## LECTIONES *Pro-Rectoris, Cancellarii & Directoris.*



**D.** CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS, instante hiemali se-  
mestri, ob prorektorale munus, quod gerit, binis tantummodo per diem  
praelectionibus vacare poterit, publi-  
ad Romanos, & priuatis hora IX. in libros Iohann.  
CHRISTIANVS L. B. DE WOLF, Hora  
praeter *Opticam & Astronomiam cum Geographia*  
cum *Pyrotechnia*: Hora III. pomerid. vero *Philos-*  
tutiones THÜMMIGII ex Scriptis suis concinn-  
CAR. GOTTLIEB KNORRE hora X. & I  
tur. Hora vero III. aperiet Collegium *Practicum*  
zum *Gerichtlichen Proceß*. Denique nec iis deerit  
mum desiderabunt.

## LECTIONES THEO

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS  
interpretabitur. Paraeneticis praelectionibus Ide-  
ger, asceticis vero epistolae ad Colossenses exeg-  
tinuabit.  
SIGISM. IAC. BAVMGARTEN b.c.d. h  
cabit; h. XI. illustratione librorum symbolice  
*antibeticam* auspiciabitur; h. IIII. diebus lunae, i  
reliquis diebus post tractationem hermen. sacrae  
lis interpretabitur; h. VI. publice diebus lunae  
rabit, reliquis diebus scholis priuatissimis literar

